Montenegro

59

N. 27 235 207

-61-

De mente D. Thomae circa Immaculatam Conceptionem B.mae Virginis.

Ioannes a S. Thoma Dominicanus in 1. parte tomo 1. in Tract. de auctoritate D. Th.ae disp. 2. art. 2. supponit quod quoties D. Thomas locutus est de Universalitate pecti Originalis, semper locutus est, quantum est ex vi legis, contra Pelagium disputans: ita etiam docent Alvarez 1. 2. q. 81. a. 3. Ferrar. 4 C. Gentes. cap. 50. Valentia 1. 2. disp. 6. quaest. 11. puncto 2.º et alij innumeri ex Recentioribus.

Hinc autem sequitur quod in propositionibus utilibus, ubi universalis omnes excepto Ch.º subiacere huic peccato, significet omnes subiacere, quantum est ex vi legis, secluso nimirum privilegio speciali. cum ergo immaculatae Conceptionis opinio fundetur in privilegio, illi non obstat D.s Thomas in locis ubi agit de Universalitate pecti Originalis, etiam si dicat haereticum vel erroneum esse negare hanc Universalitatem eius pecti; nam semper debet id intelligi cum eo addito, quantum est ex vi legis, et secluso privilegio.

2.º idem Ioannes a S.º Thoma supponit S.m Thomam nunquam directe proponere et examinare hanc quaest.em, an B. Virgo in instanti p.º suae animationis contraxerit peccatum origle; sed an ante animationem sanctificata fuerit; et sensus huius quaest.is est, an spectando principia prox.a generativa, scilicet semen S. Ioachimi, vel actionem productivam Virginis, vel mat.am, ex qua formatum est corpus Virginis, debuerit Virgo ex vi istorum habere peccatum origle, et quidem si ex vi istorum non deberet habere peccatum origle, diceretur sanctificata ante animationem non quia ante animationem haberet gratiam sanctificantem (hoc enim est impossibile), sed quia ante animationem illa principia, et actio productiva carerent

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

107

eã ui morali infectiua, quæ in reliquis trahit peccatũ originale actuale. Et uero si ex ui illorũ principiorũ deberet habere peccatũ origle, diceretur Virgo nõ sancti=ficata ante animationẽ, nõ quia ante animationẽ haberet peccatũ origle actuale (hoc enim est impossibile) sed quia ante animationẽ haberet reatũ, seu debitũ cõtrahendi peccatũ origle, quod debitũ, præsertim antiquis tẽporib. in quib. uixit D. Thomas, dicĩ solet peccatũ origle, propter cõnexionẽ quã habent. unde ut notat S. Bonau. in 3. dist. 3. 1. parte qu. 1. ad 3. caro etiã ante animationẽ dicitur uitiosa propter reatũ et debitũ inexistens semini seu embryoni ad cõtrahendũ origle formale et actuale in p.o instanti animationis.

Breuiter ergo dico D.um Thomã disputasse hanc quæst.em directe, an B. Virgo ex ui suorũ principiorũ, quibus genita est, debuerit habere peccatũ origle, an nõ: et ĩ ea quæst.e docet p.m membrũ esse uerũ, quod sane nõ cõtradicit Immaculatæ Conceptioni excludenti peccatũ actuale origle.

Sed quia S. Thomas uidetur alicubi dicere quod neque Virgo sanctificata sit in p.o instanti suæ animationis, sed in tẽpore imediate sequente ad tale instans; debet aduerti quod sicut semen dicitur infectũ, et pollutũ, et nõ sãctificatũ pro toto tẽpore antecedente animationẽ ex eo quod in ipso uelut existat uis moralis infectiua, quæ quãtũ est ex se trahet peccatũ origle, ita in instanti p.o animationis, quia tunc operatur et retinet suã illã uim infectiuã, dicitur ~~in eo instanti~~ habere peccatũ origle scilicet in reatu et debito; quando ergo D. Thomas dicit Virginẽ in eo p.o instãti habuisse peccatũ origle, significat in eo p.o instãti habuisse debitũ et reatũ illius peccati, post illud uero instãs dicitur in Virg.e cessare tale peccatũ, nõ quia tunc primũ infundatur gr.a sãctificans animæ Virginis, sed quia stante infusione gr.æ facta ĩ p.o illo instanti, neq. in Virgine habetur peccatũ origle actuale, (quo etiã caruit ĩ p.o instanti) neq. in ea habetur reatus seu debitũ pecc.i origlis, quod tamen debitũ

aderat

Aliquãdo D. T[...] dicit nõ fuisse sã[...] ĩ p.o instãti cõce[...] nomine cõcept[...] ligit p.as infusio[...] sed intelligit Con[...] animatã .i. cõmi[...] nis et sãguinis [...] nes p.as corpusculi [...] idem est dicere [...] stãti Conceptionis sãctificatã, ac [...] mationẽ nõ fuisse [...] ficatã, quod ue[...] in sensu iã dict[...]

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

aderat in p.º illo instanti. de sanctificatione ergo exclu-
dente tũ peccatũ origle actuale, cũ debitũ ipsius asserit
D. Thomas eã habuisse post p.ᵐ instans animationis, et
nõ i p.º illo instanti. quæ doctrina est valde probabilis,
nec contradicit illi sanctificationi, quã auctores Immaculatæ
Conceptionis defensores asserũt, nã isti solũ contendunt in
p.º illo instanti animationis Virg.ᵉ habuisse sanctificatio-
nẽ quæ excluderet peccatũ origle actuale, et alia
quæstio diversa est an tũc habuerit debitũ.

Concludo ergo D.ᵘˢ Thomã admisisse in Virg.ᵉ pro p.º
instanti suæ animationis nõ peccatũ origle actuale sed
peccatũ origle in reatu seu in debito; idq. fecit ut sic
mereatur fuisse redemptã.

Hanc eadẽ expositionẽ D. Thomæ multũ probat, et
erudite complectit P. Io: Bapta Poza in suis Ta-
bulis in 6.ª parte usq. ad libelli finẽ, ubi etiã singilla-
tim percurrit loca D. Thomæ. ex quibus concludi potest
nusquã D.ᵘˢ Thomã recessisse ab ea opinione, quã in Senten-
tijs docuit, scilicet Virg.ᵉ conceptã fuisse sine macula origina-
li actuali. Digni sunt qui legantur tũ Ioannes a
S.ᵗᵒ Thoma Dominicanus – nus, et maxime doctissimus Poza
in ijs Tabulis. hic satis sit rem innuisse.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA